Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Melchior Abbas Vigesimus Tertius.

Anno Domini 1605. 16 Cal. Maij eligitur in Abbatem vigesimum tertium domus huius F. Melchior Jäger Cellerius, Boius ex Schöffau.

Sedit Paterfamilias omni laude dignissimus annos 15. m. 2.

Obiit in thermis apud S. Crucem iuxta oppidum Italense, hydropicus, & in lecto Apoplexia, ut creditur, tactus, Anno 1621. 18 Junii, in nocte SS. Trinitatis, circa horam primam.

Die 17 funus honorifice à Clero Italensi deportatum est ad Ecclesiam S. Crucis, ibique duo Missarum solennia cum cantu figurali celebrata, quibus peractis, cum honorifico apparatu & comitatu funus, ubique campanis in pagis sonantibus, deductum è ad Monrium.

Sepultus est ante Altare Apostolorum in Ecclia, ut ipsemet in vivis petiit, per F. Paulum Gay Subpriorem, qui & orationem funebrem in magna populi frequentia habuit in Vigilia SS. Corporis Chri, & fuit dies Decima

Pontifex.

Clemens 8. qui obiit 3 Non. Martii Ao 1605.

Leo Undecimus. Florentinus Medices, factus papa Cal. Aprilis 1605. Obiit pie eodem anno & mense, 5 Cal. Maij.

Paulus V. Romanus. factus papa anno dicto 16 Cal. Junii.

Caesar.

Rudolphus 2us. qui obiit Pragae Anno 1612. ætatis suæ 59. m. 6. d. 2.

Comes Tyrolis.

Maximilianus Archidux, huius nominis 3tius. qui singulariter amavit D. Melchiorem Abbatem, multos illi pluribus vicibus mittens dansque pecunias, pro conservandis, reparandis, ac de novo construendis Monasterii aedificiis. Confirmavit item, & ampliavit privilegia Monrii, ut suo notatum est, & adhuc in specie dicetur.

Sub Commissariis Caesar: P.P. Michaele Remmele, & Martino Herb. item Daniele Fabice & Spaur. & Doctore Joanne Casper Siecancellario

octava Junii.

Eodem die expediti sunt nuncii cum literis ad Serenissimum D. Maximilianum Archiducem, & R. Dominum Visitatorem Caesariensem.

Subsequentibus diebus per Priorem Bartholomaeum Winter in presentia Subprioris, Granarii & unius Senioris & Conventu Abbatialia Conventuali sigillo se obsignata.

Mittitur Secretarius à Serenissimo D. Maximiliano.

Die 22 mensis eiusdem cum literis ad Conventum directus è Nobilis & Clarissimus D. Leonardus Bernhardt Juris V. Doctor, necnon Serenissimo D. Maximiliano Archiduci Austriae à Secretis. Qui in mandatis habuit diligenter ut minus temporalium, quam spiritualium administrationem nobis commendare. Praeterea quoque una cum Conventu Abbatiales cistas & arculas sigilli sui impressione munire ac roborare. Quodque cum Senioribus & Conventu, utpote novum qd, graviter caeteris, atque in praejudicium Ordinis vel Monrii fieri videretur; metuentes parci aut censuram nobis per D. Visitatore inflictum iri; humiliter precati fuimus, quatenus Abbatialium obsignatio per dictum D. Doctorem differretur tantisper, dum D. Visitatoris consensu habeamus. Contra excipiens ille, in nullum fieri praejudicium, Serenissimum erga Conventum & Monrium ostinè affectum, cupientem sp Monrii commodum curare, nil contra Ordinis Monriique libertatem aut privilegia petere; solumm id fieri interim artificiorum, missarumque pro iis officiendis pecuniarum; proinde non ee cui poenae, aut censuram vereamur, facile abipso Serenissimo excusandi &c. Quare volentes revinendo, aut recusando incurrere indignationem Serenissimi, quem adeo modis nobis profuisse expti sumus hactenus, ac profuturum deinceps intercondicimus; deduximus tandem nominatum D. Secretarium in Abbatiam, qui in presentia 4 Seniorum imperium Principis executioni mandans, sigillaris annuli sui impressionem Conventui addidit. Rogatusque rei sic gestae testis nobis ee velit, manus subscriptionem apposuit.

N. Haschal Dr. Abbt. pecunias à Sond.mo transmissas, hinc ut Securij custodiendas, fideliter in horum facta.